

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis h  
cum fonte primo

Si castum me simulo et aliud est in  
consciencia, habeo gloriam  
mercenarii sed supplicia peccatoris. Et  
in comparacione duorum malorum,  
leuius est malum aperte peccare quam  
simulare et fingere sanctitatem.

Ieronymus super Ysaïam libro VI.

Si castum me esse simulo, et aliud est in  
conscientia mea, habeo non gloriam  
mercenarii, sed supplicia peccatoris. Et  
in comparatione duorum malorum,  
leuius malum est aperte peccare, quam  
simulare et fingere sanctitatem.

Hieronymus Stridonensis,  
*Commentariorum in Esaiam libri XVIII.*,  
6, 16, 14 (CCSL 73, M. Adriaen & G.  
Morin eds., p.266, ll.41-45).